¶ Prima.qꝛ fuit impetrata digne.
¶ Scd̃a.qꝛ fuit ſanctificata alte.
¶ Tercia.qꝛ fuit ꝯſeruata firme.
De ꝑmo dicat̃.q̃uo pꝛ eiꝰ Joachim et Anna
ambo ſctī ⁊ iuſti.xx.annis fuerũt ſine ꝓle.ſed
oꝛonibꝰ.vigilijs ⁊ elemoſynis impetrauerũt
iſtã bñdictã filiã ꝯ curſũ nature.qꝛ de mr̃e ſte
rili. Nõ eſt g̃ vt de h̃ fiat feſtũ. Cognouit hel
chana Annã vxoꝛẽ ſuã.⁊ ꝯcepit Anna ⁊ pepe
rit.j.Reg.j. Helchana.i.poſſeſſio dei.ſignifi/
cat Joachim q̃ fuit poſſeſſus a deo ¶ Scd̃a
fuit.qꝛ fuit ſctificata alte. Nota hic ſex gradꝰ
ſanctificatõis.tres an̄ natiuitatẽ.⁊ tres pꝰ na
tiuitatẽ. Primꝰ gradꝰ ſanctificatõis poſt nati
uitatẽ ⁊ infimioꝛ eſt ꝑ ꝯtritõem finalẽ.qñ eñ
aliq̃s toto tꝑe vite ſue vixit in peccatis.ſꝫ ali
quotiens in pũcto moꝛtis dat deꝰ ſibi contri
tionẽ.⁊ ſic aĩa ſanctificat̃. Iſto mõ ſanctifica
tus fuit latro.⁊ aliq̃ qui moꝛtui fuerũt pro fi
de. De iſto gradu auc̃tas. Cõgrega eos qua/
ſi gregem ad victimã.⁊ ſanctifica eos in die
occiſionis. Hiere.xij. ¶ Scd̃s gradꝰ eſt illo
rum.ſ.q̃ de hoꝛa bona ꝯuertunt̃ ad deum.di
mittũt pctã.ꝯterunt̃.ꝯfitent̃.ſeruant pñiam
Iſte eſt melioꝛ.qꝛ deſerũt mundũ ⁊ pctã an̄
q̃ mũdus ⁊ peccata deſerãt eos.⁊ ſanctifican
tur. Iſto mõ fuit ſanctificatus Paulus Ma
ria magdalena. Liberati a peccato.ſui autẽ
facti deo:habetis fructũ veſtrũ in ſanctifica
tionẽ.ad Rom̃.vj ¶ Tercīꝰ gradꝰ eſt in baptiſ
mo.vbi ſanctificat̃ nõ ſolum puer.ſed etiã in
fideles adulti.qñ nõ ficte accedũt. Peccato/
res aliqñ fuiſtis.ſed abluti eſtis.ſed ſctificati
eſtis.ſed iuſtificati eſtis in nomie dñi nr̃i Je
ſu xp̄i ⁊ in ſpũ dei noſtri.j.Coꝝ.vj. ¶ Quar/
tus eſt in vtero mr̃is.vt Hieremias. Anteq̃
exires de vulua ſanctificaui te Hiere.j. San
ctificatꝰ eſt in vtero.qꝛ dicit. Anteq̃ exires d̃
vtero. ¶ Quintꝰ gradꝰ eſt maioꝛ.⁊ nõ legit̃ ni
ſi de beato Johãne baptiſta.q̃ ꝑ tres menſes
an̄ eius natiuitatẽ fuit ſctificatus. Spũ ſctõ
replebitur adhuc ex vtero matris ſue. Luc.j.
Dicit Chryſoſt.ꝙ in ſalutatione ꝟginis ⁊ ely
ſabeth.quãdo exultauit Johannes in vtero:
tũc fuit ſanctificatus ¶ Sextꝰ gradꝰ ⁊ ſuper
omnes alios eſt ſanctificatio ꝟginis Marie
quia nõ quãdo debuit naſci nec in vltio die
nec hebdomada nec menſe.ſed in eadem die
⁊ hoꝛa foꝛmato coꝛpe ⁊ anima creata.qꝛ tũc
fuit rõnalis ⁊ capax ſanctificatõis fuit ſancti
ficata. Auc̃tas ꝓpria. Fluminis impetus leti
ficat ciuitatẽ dei:ſanctificauit tabernaculũ
ſuũ altiſſimꝰ. ¶ Nota. Flumĩs impetus fuit
ſctificatio ꝟginis Marie.qꝛ ſctificatio alioꝝ
ſctõꝝ nõ dꝛ fluuius.ſed vna gutta grẽ. Bern̄.
Ceteris ꝑ partes datur gratia ſpũalis. Ma
rie aũt tota ſe infudit plenitudo gratiarum.
Impetus.ſ.ſanctificatõis.qꝛ eadẽ hoꝛa.non
expectauit diẽ.hebdomadã ⁊c̃.letificat ciui/
tatẽ dei.ſ.ſanctos angelos. Nõ qꝛ ſi gaudiũ
eſt angelꝭ vt dꝛ.ſup vno pctõꝛe pñiam agente.
nõ mirum ſi fecerunt feſtum de illa q̃ nunq̃
peccauit.nec coꝛde.nec oꝛe.nec ope. Sancti/
ficauit tabernaculũ ſuũ altiſſimꝰ.ſ.virginẽ
Mariã.que fuit tabernaculũ dei. Legitur
Exo.vltimo.ꝙ Moyſes ex ꝓcepto dei fecit
tabernaculũ. Qñ eñ coꝛpus glioſe virginis
fuit oꝛganizatũ ⁊ lineatũ.⁊ aĩa ꝯiũcta coꝛpo
ri ꝑ creatõe.tunc altiſſimus ſanctificauit ta
bernaculũ ſuũ. Scitis qualiter ſicut cõſtru
cta eccl'ia ⁊ nõ ante intrat ep̄s ad conſecran
dũ. Ita de virgine Maria.poſtq̃ coꝛpꝰ fuit
oꝛganizatũ.⁊ aĩa ĩfuſa venit ep̄s.i.ſpũſſanctꝰ
q̃ eã ſanctificauit. Auc̃tas. Poſtq̃ cũcta per
fecta ſunt:operuit nubes tabernaculũ.⁊ im
pleuit illud gloꝛia dñi Exo.vlt. ¶ Tercia ra
tio.quia fuit ꝯſeruata firmiter. Johãnes ba
ptiſta ⁊ Hieremias fuerũt ſanctificati. Sed
beata virgo fuit ita firma.ꝙ nec oꝛe nec coꝛ/
de peccauit aliquo modo. Ideo Dauid dic̃.
Deꝰ in medio eiꝰ nõ ꝯmouebit̃. Mouere ⁊ ca
dere differũt. Cadit homo ⁊ ꝓſtrat̃ ꝑ moꝛta
le pctm̃.⁊ ꝯmouet̃ ꝑ veniale. Nõ nunq̃ fu
it ſanctus q̃n ceciderit ꝑ moꝛtale.vel fuerit
motus ꝑ veniale.xp̄o ⁊ virgine Maria exce
ptis. De xp̄o non eſt dubiũ. Sed de virgine
Maria dicit ſcp̄tura. Deꝰ ĩ medio eiꝰ nõ cõ/
mouebit̃.nõ ſolũ nõ ꝓſtrabitur. Ideo Bern̄.
Ego puto ꝙ copioſioꝛ ſctificatõis bñdictio
q̃ in alios ĩ vtero ſanctificatis ĩ eam deſcen/
dit.que nõ ſolũ ipſius oꝛtũ ſanctificaret.ſed
⁊ vitã eiꝰ ab omni peccato deinceps immu/
nẽ ꝯſeruaret.q̃d alteri nemini ĩ natis q̃ dẽ mu
lieꝝ credit̃ eſſe donatũ. Ergo dignũ eſt ꝙ de
eiꝰ ꝯceptione maternali dicit virgo in thema
te. Nondum erant abyſſi.ſ.euãgeliſtarũ.pꝛe/
dicatoꝝ.apoſtoloꝝ et eccleſie determinatio/
nũ.⁊ ego iam concepta eram.

¶ De ſancta Lucia.

PRopoſui pꝛo lu
ce habere illam. Habetur verbũ
iſtud originalr̃ in li.Sap.vij. Si
cut tota ſolẽnitas ẽ beate Lucie.ita ⁊ ſermo.

Pro declaratõe hꝰ ꝟbi ſcḋm ſenſum quē volo ꝑ
tractare ⁊ introductõe materie inuenio ꝙ de
us ſuat regulā ĩ ſua ꝓuidētia. ꝙ cuilibet ſctē
ꝑſone iuxta ꝓprietates ⁊ ꝟtutes q̄s habitura ē
ordinat ei nomē ĩponi. Rõ. q: tot ꝟtutes ĩ vi
ta vniꝰ ſcti ꝙ hõ nõ poſſet recordari. Ideo ꝓ
nr̄a recordatõe vult vt vocent̄ noïe in q̄ eorū
vita ſummarie ꝯtineat̄. Videt̄ eñ deꝰ tenere
modū iſtoꝝ mgr̄oꝝ facientiū libros. vbi in
vno ꝟbo deſignat̄ tota materia libri. H pꝫ ꝑ/
mo in phīa ĩ libro q̄ tractat de ꝯditõibꝫ. ꝺ po
tētijs. de ꝓprietatibꝫ aïe q̄ ꝺ: de anïa. Itē de li
bro q̄ ꝺ: de celo ⁊ mūdo. Itē ꝺ alio libro qui
tractat de creaturis inferioribꝫ q̄ ꝺ: de gene
ratione oĩm reꝝ. ꝺ: Geneſis. Itē Exodꝰ idē
itinerariꝰ. q: loquit̄ de via filioꝝ iſrl̄ in exitu
de egypto. Itē Leuiticꝰ grece. i. offertoriū la
tine. q: loquit̄ de ſacrificijs ꝓ peccatis vel ꝓ
bñficijs vel de ſacrificijs ꝓ victoria. Patꝫ idē
q̄ fecit libꝝ. in titulo ſūmarie ꝯprehēdit totū
libꝝ ſiue totā materiā libri. Ita facit xp̄s Vi
ta eñ hoïs ē q̄ſi vnꝰ liber tot ꝯprehēdēs ſexter
nos q̄t habet hõ annos. tot capitula q̄t men
ſes ſiue ſeptimanas Carte ſunt dies ⁊ noctes
Carta alba ē dies. ⁊ nigra nox. in q̄ carta na/
tus es: alba vel nigra: in illa incipit liber vite
tue. De iſto libro vite humane dixit deꝰ pr̄ fi
lio. Sume tibi libꝝ grandē ⁊ ſcribe in eo ſti
lo hoïs Iſa. viij. Vita hoïs eſt maior liber q̄ꝫ
biblia vel decretū. quot anni. q̄t mēſes. quot
hebdomade. q̄t dies. q̄t hore. ſcribit̄ eñ ſtilo
id ē libero arbitrio hoïs. Qñ ḡ aliq̄ ꝑſona dꝫ
tenere ſanctā vitā ⁊ ꝟtuoſam ĩ baptiſmo. deꝰ
diſponit ⁊ ordinat ꝑ reuelatõe ⁊ vel al's ꝙ vo
cet̄ nomine ſummarie eius vitā ꝯtinēte. Au/
to. Iudicū. xiij Dixit angelꝰ ad matrē Sam
ſonis. Sterilis es abſq̄ꝫ liberis. ſed ꝯcipies
⁊ paries filiū. ipſe incipiet liberare iſrl̄. Et ſe/
quit̄. peperit filiū. Et ſequit̄. vocauit nomen
eius ſamſon. i. robuſtꝰ. In eiꝰ noïe innuit̄ to
ta eiꝰ fortitudo. Et de Ieſu naue ꝺ: Ecc̄i. xl/
vj. Fuit magnꝰ ſcḋm nomen ſuū. Itē de preco
ne ſuo ꝺ: prenūciās. Elyſabeth vxor tua pa
riet filiū. ⁊ vocabit̄ nomē eiꝰ Iohannes. Erit
eñ magnꝰ corā dño Lu. j. Per oppoſitū quā/
do aliquis habet nomē ſignificās bonū int̄
pretatiue vel al's. ⁊ vita eſt mala: multū diſpli
cet deo. Auto. Scio opa tua. ſ. mala quia no
mē habes ꝙ viuas ⁊ mortuꝰ es. Apocalip. iij
Dicit gloſa ꝙ vocabat̄ mellicus. i. dulcior. et
ipſe erat amarꝰ ꝑ malā vitā. Ideo iohēs rep
hendebat eū. Patet ḡ regula diuine ꝓuiden
tie. Cū ḡ beata Lucia in tota vita ſua habue
rit ꝓprietates ⁊ virtutes ⁊ ꝯditiões lucis. con
grue vocata fuit Lucia que ꝺ: a luce. Quat/
tuor modis noïa denominant̄ ad ſignifican
duꝫ. vel ꝑ ꝓpriā ſignificatõem. vt hoc nomen
Paulꝰ pacē. vel ꝑ deriuatõem. vt lucia a luce
vl' ꝑ ethimologiā. vt lucia q̄ſi lucina. vel ꝑ in
terpretatõem. vt lucia q̄ſi lucis via. Iō ꝺ btā
Lucia. q: ſumit lucis ꝓprietates dicit thema
Et loquit̄ xp̄us. Propoſui ꝓ luce habere illā
ac ſi reſponderet queſtioni querēti. quare fu/
it hoc nomine vocata. Rñdit. Propoſui pro
luce ⁊c̄. Nota quattuor ꝯditões lucis q̄s ha
buit beata Lucia. ſ.

¶ Pulcritudinē ſine deformitate.
¶ Amplitudinē ſine tenacitate.
¶ Rectitudinē ſine obliquitate.
¶ Longitudinē ſine retarditate.

Dico ꝑmo ⁊c̄. Hoc pꝫ in radio ſolis. qui nõ
ſordidat̄ nec inq̄nat̄. licet tāgat multa immū
da ⁊ corrupta. immo purificat deſiccādo ⁊c̄.
Iſtā ꝯditõem lucꝭ habuit btā lucia ĩ hac vita
q: nūq̄ꝫ ſordidata fuit ꝑ aliquā immundiciā
nec corꝑalē nec ſpūalē. licet ſtaret inter mul/
tas ꝑſonas ⁊ infideles immo purificauit eos
Dicat̄ cū eēt. xv. annoꝝ. pulcra ĩ corꝑe. ſꝫ pul
crior in aïa. ⁊ eēt deſponſata. q: antiq̄tꝰ ſic ſta
bāt ꝟg nitas ⁊ deſponſatio. nõ tñ mõ. marie
int̄ nos. Iō ſunt multe q̄ grauide veniūt iam
ad miſſam. Tūc tp̄is mr̄ ſua infirmabat̄. de
immūda. ſ. infirmitate. ſ. fluxu ſanguinis. quā
paſſa eſt ꝑ. xviij. annos. ⁊ qñ vidit ꝙ medicis
naturalibꝫ nõ potuit curari. cogitate ꝙ volu
it recurrere ad diuinos ⁊ cõiuratores. Sed
btā Lucia eā retraxit dicens ſibi hyſtoriā de
muliere eandē infirmitatē habēte. q̄ ad tactū
fimbrie xp̄i fuit curata. vt patꝫ Mat. ix. indu
cēs eā vt ad xp̄m recurreret. Et mr̄ rñdit. Fi
lia vbi ē mõ xp̄s. iā eſt ĩ celo. quō ḡ ⁊c̄. Nr̄ fa/
ciamꝰ qd̄ in nobis eſt. ⁊ xp̄s faciet quod ĩ ſe ē.
Vadamꝰ ad eccl'iam ⁊ tāgatis fimbriā ſui al
taris. Et iuerūt ad eccl'iam beate Agathe in
qua. b. Lucia orauit. ⁊ rapta vidit celū aptū.
⁊ ſctõs angelos. ⁊ beatā Agathā ſibi dicentē.
Soror mea Lucia ꝟgo deo deuota q̄d a me
petis qd̄ ipſa poteris p̄ſtare ꝯtinuo mr̄i tue.
Nam fides tua matri ſubuenit. ⁊ ecce ſanata
eſt. Ecce Lucia vt lux nõ ſuſtinēs maculam
infidelitatꝭ vitādo diuinos. q: recurrere ad
diuinos ꝑ q̄uis cauſa eſt macula turpiſſima
aïe. Nec declinetis ad magos. nec ab ariolis
aliq̄d ſciſcitemi vt polluami ꝑ eos Leui. xix.

Itē nō habuit maculā carnalitatis Nā cura
ta matre: hūiliter petijt ab ea. vt d̄ cetero nō
noiaret ſibi ſpōſū. narrās mr̄i reuelatōz quā
viderat. z qūo Agatha ꝓpter v̄ginitatē tantū
placuerat deo. Rn̄dit mr̄. qꝛ mr̄imoniuȝ bo
nū eſt z a deo inſtitutū in ꝑadiſo terreſtri. Et
xp̄s p̄mū miraculū fecit in nuptijs. Ideo fi/
lia dimittatis illud ꝓpoſitū. qꝛ forte tentatio
eſt. Rn̄dit Lucia. Mater: mr̄imoniū bonū ē
ſed melioꝛ ē v̄ginitas. Ideo dimittēdo bonū
ꝓ meliori bonū eſt. Virgo Maria z ih̄s ſem/
per fuerūt v̄gines. Et mr̄. O filia vultis mi
hi auferre gaudiū qd̄ ſpero de nuptijs veſtrꝭ.
zc̄. Rn̄dit btā Lucia. Mr̄ multotiēs gaudiū
nuptiaꝝ vertiꝭ in luctū ad ſꝑ. ideo zc̄. Et fe/
cit aliā rōem mater. vt haberet filiū heredeȝ
de om̄ibꝫ bonis redditibꝫ zc̄. Rn̄dit btā Lu/
cia. Mater h̄re filiū incertū eſt. qꝛ multi ſunt
in mr̄imonio q̄ nō habēt. Sed h̄ ē certū qꝛ
ex fine mr̄imonij mulier ꝑdit melioꝛem the/
ſauꝝ quē hȝ. ſ. v̄ginitatē. Ecce qūo fuit pura
a macula carnalitatis. qꝛ non ꝑdidit v̄ginita
tē. qꝛ licet mr̄imoniū fiat ſine pctō. tn̄ i eo ꝑdi
tur v̄ginitas. Iō poſſum⁹ dicere de ea. Nihil
inq̄natū in illā incurrit. Cādoꝛ em̄ eſt lucis
eterne z ſpeculū ſine macula. Sap. vij. Eſt
hic queſtio. cū b. Lucia eſſet ſpōſata zc̄. an ſit
licitū dimittere ſpōſum. vel econuerſo. Rn̄/
deo. tres ſunt grad⁹ in mr̄imonio. Primus ē
incartatio. Scd̄s deſpōſatio. Terci⁹ mr̄imo
nij ꝯſummatio. Licet alia ſint verba iurꝭ. qꝛ
ꝟm ius incartatio ſeu ſponſalia dicunꝭ a ſpō
deo ſpondes. i. ꝓmitto. Scd̄s grad⁹ eſt qn̄ ꝑ
verba de p̄nti ſponſanꝭ in facie eccl'ie vel al's.
Iſtud licet apud nos dicaꝭ ſpōſare. tn̄ iam ē
veꝝ mr̄imoniū. Terci⁹ grad⁹ eſt copula car/
nis. Nō videam⁹ ſi ē licitū dimittere ſpōſuȝ
vel ecōuerſo zc̄. Et videꝭ ꝙ ſic. qꝛ. b. Lucia ip
ſum dimiſit ¶ Dico de p̄mo gradu non de/
bēt retrocedere. Naȝ ille q̄ retrocedit peccat
moꝛtaliꝭ. z ē ꝑiur⁹. Sed dimiſſus pōt ꝯ̄here
Dico de ſcd̄o gradu ꝙ nō p̄nt diuidi aliquo
modo. qꝛ iam eſt veꝝ mr̄imoniū. niſi ꝑ ingreſ
ſum religionis. ſi nō habuerūt copulā carna
lē. z tūc facta ꝓfeſſione alter poterit ꝯtrahere
O q̄t ſunt in mūdo q̄ ſecrete faciunt mr̄imo
niū zc̄. z poſt ꝯ̄hūt cū alijs. Ideo puelle z mu
lieres caueāt a clādeſtinis. Sed dicāt. ſi vul'
tis me in vxoꝛē loq̄mini cū p̄re vel parētibus
zc̄. De hoc mr̄imonio autoꝛitas. His qui in
mr̄imonio iūcti ſunt p̄cipio nō ego ſed dn̄s.
vxoꝛē a viro non diſcedere. z vir vxoꝛē nō di
mittat. j. Coꝛinth. vij. ¶ De tercio gradu di
co. ꝙ non p̄nt ſeꝑari niſi ꝑ moꝛtem. licet de li
centia pꝛelati poſſint ſeꝑari et intrare religio
nē. ſed alter in ſeculo manēs nō poteſt cōtra
here. Iam non ſunt duo ſed vna caro. Quos
de⁹ ꝯiūxit homo nō ſeꝑet. Mat. xix. Btā aūt
Lucia erat in p̄mo gradu. et poterat ſeꝑari
a ſponſo ꝓpter impedimētū qd̄ dꝛ diſpar cul
tus. qꝛ eius ſponſus erat infidelis ¶ Dico ſe
cūdo zc̄. qꝛ in inſtanti illuminat mediū z dat
lumen ſine ſui diminutione. vt patet de can
dela accēſa. Iſtā ꝯditōem habuit beata Lu
cia ꝑ opera miſc̄dꝛie z pietatis: dando elemo
ſynas. Ad practicam. Poſtq̄ em̄ obtinuit a
matre ꝙ ſibi nō nominaret ſponſum. alia die
humiliter petijt a matre di. Illud qd̄ mihi
datura eras eunti ad hominē moꝛtalem ad
coꝛruptōem. da mihi eūti ad dn̄m ih̄m xp̄m
integritatis mee cuſtodē. Filia. Xp̄s nō in/
diget aliquo. qꝛ dn̄i eſt terra z plenitudo ei⁹
zc̄. Et Lucia. Nō indiget aliq̄ ſua ꝑſona. ſed
in mēbꝛis. ſ. pauꝑibꝫ. di. Quod vni ex minimiſ
meis feciſtis: mihi feciſtis. Et mater. Tege
p̄mo oculos meos. z poſtea facias de om̄ibꝫ
facultatibꝫ q̄cq̄d vis. Dicatur qūo antiq̄tus
erat ꝯſuetudinis. ꝙ heres p̄mogenit⁹ claude
bat oculos ex ſingulari officio. Auctas de p̄
mogenito Jacob qui fuit Ruben. ſed ex deli
cto ꝑdidit p̄mogeniturā. z data fuit Joſeph
dixit de⁹ Jacob. Joſeph quoq; ponat man⁹
ſuas ſuꝑ oculos tuos. Gen̄. xlvj. In ſignū ꝙ
eſſet heres. Itē de Thobia. Reuerſus eſt au
tem ad ſoceros ſuos. inuenitq; eos incolu/
mes in ſenectute bona. z curam eoꝝ geſſit. z
ipſe clauſit oculos eoꝝ. z omnē hereditateȝ
dom⁹ raguel' ipſe ꝑcepit. Thob. xiiij. Ex iſta
ꝯſuetudine dixit mr̄. Tege p̄mū oc'los me/
os zc̄. q. d. vulgare ꝓuerbiuȝ. Nemo debet ſe
exuere quouſq; vult ire ad lectū ad doꝛmien
dū. Reſpondit. b. Lucia. Nō eſt magnū da/
re deo qd̄ ꝑferri nō poteſt. viuēs ḡ da xp̄o qd̄
poſſides. qꝛ illud eſt meritū. Obtenta autē a
matre: incepit diſtribuere et vendere iocalia.
z dare in elemoſynis zc̄. Dum em̄ iocalia vē
derenꝭ ſpōſus cognouit. z venit ad nutricē q̄
re illa vendebanꝭ. Nutrix aūt xp̄iana et de/
uota reſpondit ſapienter. dicēs ꝙ vnam ma
gnā vellet emere hereditatē. ipſa intelligebat
de gloꝛia celeſti quam ſponſa volebat emere
vt ſibi z cūctis bene eſſet. Ipſe aūt vt carnal'
nō intellexit de gloꝛia. ſed d̄ baronia aliqua
iuit eam ad videndū. vt ſciret territoꝛium zc̄.

Dicaꝛ q̄uõ ſe repꝛtauit deriſū qñ intellexit. Ecce q̄uõ habuit ſcđam lucis ꝓprietatē dās et diſtribuēs ⁊c̄. Recte tenuit ꝯſiliū euangeli ce pfectõis. Si vis eē pfectꝰ. vade ⁊ vēde oia q̄ habes ⁊ da paupibꝫ. et veni ſeq̄re me. Mat. xix. Moꝛalit. Uos ex neceſſitate nõ tenemĩ q̄cq̄d habetis dare nec dimittere Dimittere eñ diuitias eſt in triplici gradu.

¶ Primo totaliter derelinq̄uẽdo.

¶ Scđo miſcõiter diſtribuendo.

¶ Tercio liberaliter reſtituẽdo.

Primꝰ gradꝰ ꝯpetit religioſis q̄ ex voto ſe obligarūt ad ꝯſilia euāgelica ſuāda nihil hr̄e ꝓ ꝓpꝛiū. Bñdictꝰ ē ille q̄ poterit dicere cū Petro Ecce nos reliq̄mꝰ oia ⁊c̄. Mat. xix. Nota. cū dicit oia. q꞉ q̄ totū dicit nihil excludit. om̄ia. ſcꝫ diuitias. honoꝛes. dignitates. familiaritates. oia habita ⁊ habēda. ¶ Quātū ad ſcđꝫ gradū diſtribuẽdo. hoc ꝯuenit om̄ibꝫ. maxime aūt clericis. Nõ eſt neceſſariū eis dimittere bñficia: niſi ſimoniace ſint habita. nec reddit°. ſed nõ debēt ꝯgregare. q꞉ q̄ habet fontē ĩ domo nõ opꝫ facere ciſternā. Bern. Quicq̄d clerice de facultatibꝫ eccl̄ie tibi retinueris ꝑter ſimplicē victū ⁊ veſtitū. furtū facis. ſacrilegiū ꝯmittis. ¶ Quātū ad terciū gradū cõuenit vſurarijs. raptoꝛibꝫ. latronibꝫ. et om̄ibꝫ q̄ ſciūt ſe aliq̄d hr̄e de malo iuſto tenenꝛ reſtituere illis a quibꝫ receperūt ſi ē certū. đ incertis aūt ſm̄ conſiliū boni cõfeſſoꝛis. reſtituere vſuras. furta ſecreta. rapinas. ſeruitoꝛibꝫ ſolidatā. elemoſynas moꝛtuis iuxta eoꝝ volūtates. Reddite ḡ om̄ibꝫ debita. Nemi q̄cq̄ꝫ debeatis Rom̄. xiij. ¶ Dico tercio ⁊c̄. Nā recte mittit ⁊ dirigit radios ſuos. vt patet ĩ radijs ſolaribꝫ ⁊ cādele. Iſtā ꝓprietatē habuit beata Lucia q̄ in om̄ibꝫ ſuis opibꝫ habuit ſuam intentionē. ſ. rectā. nec amoꝛe. odio. nec fauoꝛe ſeu timoꝛe aliq̄ñ deuiauit. ¶ Ad practicā q̄uõ oia poſtq̄ꝫ diſtribuit cõduxit quādā domunculam viuēs ꝓprijs manibꝫ vt beggina. venit ſpõſus ad nutricē dicens. vbi erat illa baronia ⁊c̄. Et illa declarauit ſibi totū. Ille autē vidēs ſe ꝯfuſum ⁊ deluſum accuſauit eaꝫ. imponēs ei titulū xp̄ianitatis ⁊c̄. ⁊ ꝯtra legē auguſtoꝝ viuentē. Paſcaſius aūt ꝑfectus vocauit eam. querēs ab ea vbi eēt patrimonium. Que rñdit ſe ꝯſtituiſſe ĩ loco tuto. Et iudex. Tu patrimoniū tuū cum coꝛruptoꝛibꝫ expēdiſti. Que rñdit. Coꝛruptiones coꝛpis ⁊ aīe nūq̄ꝫ cognoui. Et paſcaſius. Sacrificadijs aīs ⁊c̄. Rñdit beata Lucia. Ego ꝑ tres ānos nõ ceſſaui ſacrificare deo q̄cq̄d habui. nõ q꞉ nihil ſupeſt meipſam offero. faciat de hoſtia ſua q̄cq̄d voluerit. Et iudex. Iſta verba potes dicere xp̄iano. Mihi aūt q̄ ꝑncipum decreta cuſtodio iſta fruſtra ꝓſeq̄ris. Et Lucia Tu ꝑncipū leges attēdis. ego dei leges attēdo. Tu illos times. ego deuꝫ timeo. Tu illis placere deſideras. ego deo. Et iudex. Ceſſabūt ꝟba cū ꝑuentū fuerit ad verbera. Et Lucia. Ancilla xp̄i ſum q̄ dixit. ſpūſſcūs loquiꝛ ĩ vobis. ⁊ ideo nõ ceſſabūt. Et iudex. In te ḡ eſt ſpūſſanctus. Rñdit et noluit dicere ꝙ ſic. vitādo vanā gl̄iam. ſed dixit. Ap̄l'us dixit ꝙ caſte viuētes templū ſunt dei. ⁊ ſpūſſcūs habitat ĩ eis. Et iudex. Ego te duci faciā ad lupanar vt a te rͨcedat ſpūſſcūs. Rñdit. Si me inuitā violare feceris caſtitas mihi duplicabitur ad coronā. Dicaꝛ hyſtoꝛia q̄uõ nõ potuit moueri. Nota ꝙ ꝟginibꝫ daꝛ vna coꝛona virginitatis qñ cuſtodiūt ꝟginitatē nõ ſoluꝫ in coꝛpe nõ faciẽdo actū ſed in mēbꝛis omnibꝫ in oꝛe nõ loq̄uẽdo de illa materia ⁊c̄. in ocul'. auribus. manibus ⁊c̄. ſed ſi eis fiat violentia ipſis nõ conſentiẽtibus daꝛ alia coꝛona. Iõ dixit Caſtitas mihi duplicabitur ad coꝛonā Ecce q̄uõ habuit rectitudinē intentõis ſine obliquitate. Rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri. Iſa. xl. et Luce. iij. ¶ Moꝛaliter. cõtra mulieres meretrices que ſunt ĩ hoſpitijs ⁊c̄. digni ſunt moꝛte nõ ſolū q̄ faciunt ea ſed etiā q̄ ꝯſentiūt facientibꝫ. ad Rom̄. j. Et xvij. q. iiij. Om̄s pari pena puniẽdi ſunt agētes et conſentiẽtes. Glo. Auguſtini. Cõſentire dicunꝛ q̄ debent ⁊ pñt coꝛrigere et nõ faciunt. Et. xxiij. q. iiij. Qui poteſt vbi dꝛ. Reſiſtere poſſe ꝑuerſis ⁊ nõ facere eſt eis conſentire

¶ Dico quarto ⁊c̄. q̄a lux ſubito emittit radios. Uerbi gr̄a. de ſole qui qñ oꝛiꝛ in pꝛimo mittit radios ad occidentē. Idēꝫ de cereo illuminato. Iſtā conditõem ſiue ꝓprietatē habuit beata Lucia. q꞉ in inſtanti ꝑ martyꝛiū aīa ſua intrauit in celū empireū. Ad practicā ⁊c̄. Dicaꝛ q̄uõ. Paſcaſiꝰ fecit ꝑconizatõem. ꝙ q̄cunq̄ꝫ vellēt peccare cū tali domicella venirent ad lupanar ⁊c̄. O q̄t milui venerunt ad cadauer. ⁊ cum vellent eā ducere ad lupanar nõ potuerūt eā mouere ⁊c̄. Dicaꝛ de oleo feruẽti ſup eā ⁊c̄. Ecce q̄uõ habuit ꝯditões ſiue ꝓprietates luc'. ita etiā luc' effectꝰ illis q̄ hñt ad eā deuotõem illuminādo mentē oculos aīe ⁊ coꝛpis. Et calefaciendo voluntatē ⁊ deuotionē erga chꝛiſtū